Quelle: http://manuscripta.at/?ID=543
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

fugiens et mansi in solitudine.
Quem versum exponens B. s. liij. se
cant. d. Non fuit contentus exire
nisi se longe faceret ut quiescere posset.
Et si tu nisi carnis oblectamenta
ut minime iam obedias concu
piscencijs eius. nec tenearis in
illecebris et curis presentis seculi
ti te. sed nondum te elongasti. nisi
et irruencia undique fantasmata
corporearum similitudinum tu sublac
mentis puritate supervaleas. huc
usque noli tibi promittere requiem. er
ras si citra te invenire estimas
locum quietis. secretum solitudinis.
serenum luminis. habitacionem pacis. hec
omnia B. ¶ Sed nota quod hec solitu
do meditacionis est in mente humana.
ut d. G. iiij. mor. ubi d. In soli
tudine manere est a secreto cordis
terrenorum desideriorum tumultus expel
lere. et in una intencione eterne
patrie amore intime quietis an
helare. Sequitur A tumultu rerum temporali
um magnum quidem secessum
perceperat mentem quietam in qua
tanto verius deum cerneret quanto
hunc cum se solo solum inveniret.
hec ille. Unde Ps. Manens in solitu
dine ita ait. Expectabam eum
qui salvum me fecit a pusillanimitate
spiritus et tempestate. In quibus verbis
propheta docet se a duobus malis libe
ratum in solitudine que conveniunt

impediunt ambulantes in itineribus
caritatis. scilicet a pusillanimitate spiritus et
tempestate. ¶ Primum est interius
secundum exterius. Pusillanimitas enim
est ex defectu fidei ex quo omnia in
teriora impedimenta oriuntur. quia spiritus
sine fide infirmus est usque ad mortem.
Ab hac pusillanimitate in solitudine
in tantum salvatus fuit ut diceret.
quoniam in te eripiar a temptacione et in
deo meo transgrediar murum. Quem G. expo
nens xxvj. mor. d. Murus est omne
quod itineri nostro obviat. ne ad eum
qui diligitur transeat. Sed murum
transgredimur cum per amorem illius omnia
in mundo obiecta calcamus. ¶ Secundum
scilicet tempestas est ex defectu caritatis
ex quo oriuntur impedimenta itine
rancium ab exteriori. quia omnis tem
pestas exterior generat tempestatem
interius. ut frequenter nisi assit cari
tas que omnia suffert. Ab hac
tempestate in solitudine. Ps. in
tantum salvatus fuit ut diceret. quem
in solitudine expectabam perfecit
pedes meos tamquam cervorum. Quem G.
exponens xxij. mor. d. electorum mentes
cervi dicuntur. dum quelibet in hoc mundo
obviancia obsistere sibi conspiciunt
contemplacionis saltu transcendunt.
et more cervorum despectis terrenarum
rerum sentibus in summa etiam se
evehunt. hec ille. ¶ Igitur in hac
meditacionis solitate sola cum solo